

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Christianus a  
cum fontibus primis

Ille uere

Christianus est qui omnibus  
misericordiam facit,  
qui nulla omnino mouetur iniuria,  
qui alienum dolorem tanquam ←  
proprium sentit,  
cuius mensam nullus pauper ignorat, ←  
qui coram hominibus inglorius ←  
habetur ut coram Deo et angelis  
glorietur,  
qui terrena contempnit ut possit ←  
habere celestia,  
qui opprimi pauperem se presente non  
patitur, qui miseris subuenit,

→

qui ad fletum fletibus prouocatur alienis

→

→

→

Christianus est, qui omnibus  
misericordiam facit,  
qui omnino non mouetur iniuria,

qui opprimi pauperem se praesente non  
patitur, qui miseris subvenit,  
qui indigentibus succurrit,  
qui cum moerentibus moeret,  
qui dolorem alterius quasi  
proprium sentit,  
qui ad fletum fletibus provocatur alienis,  
cujus omnium communis est domus,  
cujus janua nemini clauditur,  
cujus mensam pauper nullus ignorat,  
cujus cibus cunctis offertur, cuius bonum  
omnes norunt, et nemo sentit injuriam;  
qui Deo die noctisque deservit, qui ejus  
praecepta indesinenter meditatur et  
cogitat; qui pauper mundo efficitur, ut  
Deo locuples fiat;  
qui inter homines habetur inglorius,  
ut coram Deo et Angelis gloriosus  
appareat;  
qui in corde suo nihil videtur habere  
simulatum vel fictum, cuius simplex et  
immaculata est anima, cuius conscientia  
fidelis et pura est: cuius tota in Deo  
mens, cuius omnis spes in Christo est;  
qui coelestia potius quam terrena  
desiderat, qui humana spernit, ut possit  
habere divina.

Pseudo-Augustinus, *De uita Christiana*,  
14 (PL 40, col.1045).

quod benefaciebat Paulus:  
Quis infirmatur et ego non infirmor?

II Cor. 11:29

Augustinus libro de uita Christiana.